



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

reditariis satisfaciatur de dictis duob. millibus, ipsa poterit ex illis bonis dotes suas deducere. Et hac sufficiat p cōplemēto praeferis cōsultationis. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Verba semper ita debent intelligi, ut aliquid operentur.
- 2 Statuentium ius extra territorium eorum non extenditur.
- 3 Verba, ut, & iuxta sunt similitudinaria.
- 4 Pacto id fieri potest, quod non ex lege prouisum, & contra id, quod lex disponit, pacisci potest, dummodo pactum non sit contra substantia contractus, vel a lege reprobatur.
- 5 Aequalitas in lucris coniugibus hinc inde post illorum mortem debetis est seruanda, & inaequalitas ad aequalitatem reducenda.
- 6 Extensio etiam ex similitudine rationis non est locus, nec a propria uerborum significatione est recedendum, quando omnia disposita sunt ad literam, & prout in charta continetur, seruanda, ac intelligenda.
- 7 Mobilia pro immobilibus haberi in pluribus casibus iura admittit.
- 8 Exceptio firmat regulam, & dispositionem principalem in casibus non exceptis.
- 9 Conditione deficiente, deficit dispositio sub illa conditione facta.
- 10 Argumentum a contrario sumi potest, quoties absurdum non resultat.
- 11 Renunciatur solum iuri iam acquisito, vel debito, non autem iuri, quod nondum competit, nec debetur.
- 12 Effectus contrarij ab euentu eiusdem conditionis resultare nequeunt.
- 13 Conditiones plures simul copulatiue uni dispositioni adiectae debent omnes copulatiue adimpleri, & altera deficiente, dispositio quoque deficit.
- 14 Exceptio semper debet intelligi secundum terminos, & qualitates dispositionis, a qua fit exceptio.
- 15 Clausula in fine posita ad omnia praecedentia debet referri, quando congrua referri potest, & magis ad proxima.
- 16 Recōpensatio rem iam debitam, & acquisitam infert, & arguit.
- 17 Vfusfructus cum onere aliquid dandi, vel faciendi, vel soluendi credituribus proprietate relinqui, aut aliter deberi potest.
- 18 Vfusfructus uni, & alteri vsus super eadem re deberi potest.
- 19 Vfusfructus omnium bonorum alicui uxori relictus, aut aliter cōcessus, quando possit ei in solidum deberi absque eo, quod aliqua pars haeredibus proprietariis remaneat, aut consideretur, an habeant, unde se alant, & quando secus.
- 20 Casus dicitur is, qui habet se ad esse, & non esse, & ab euentu de futuro dependet.
- 21 Casus dici potest etiam id eo, quod certum est de iure, sed quoad contrahentes est incertum.
- 22 Condicio, & uerba, si poterit aliquid facere, intelliguntur & de iure, & de facto.
- 23 Bona specialiter prohibita alienari non sunt etiam ex causa dotis alienabilia: Contra num. 35.
- 24 Prohibitio alienationis expressa a testatore facta in ultima uoluntate fortior est prohibitione in contractu inter uiuos facta.
- 25 Prohibitio alienari in contractu, & inter uiuos, non potest etiam ex causa dotis alienari, contra num. 36.
- 26 Uxor infra annum a die solui matrimonij potest dotes suas super bonis hypothecatis petere, & exigere, uel saltem petere, ut declaratur super illis dotem fore restituendam, & iam durante iure vsusfructus bonorum mariti sibi iure uindictae, aut aliter debito.
- 27 Mulieres in conuentionibus, & hypothecis inter ipsos coniuges factis sunt ualde priuilegiatae, & ideo ille sunt praecise seruandae.
- 28 Dos ut longiori die, quam infra annum a die soluti matrimonij restitatur, pacisci non potest, & statim finito anno, illo pacto non obstante peti potest, si in rebus mobilibus consistat, si uero in rebus immobilibus statim soluto matrimonio.
- 29 Pactum continens & fauorem, & prauidicium dotis, & mulieris, quoad fauorem est seruandum, quo uero ad prauidicium minime.
- 30 Verba enūciatiua in fauorem dotis, & mulieris probant atque disponunt.
- 31 Mulier soluto matrimonio potest ex rebus sibi pro dotis restitutione hypothecatis fructus percipere, illosque suos facere absque eo, quod in fortem compensentur.
- 32 Mulier pro restitutione dotis etiam a rebus immobilibus sibi pro dote hypothecatis potest incipere.
- 33 A mobilibus pro debiti satisfactione prius inchoandum esse, quam ad immo-

tenebitur. & hanc differentiam quoad hunc effectum an uerba similia stent dispositiue, seu taxatiue, an uero stent demonstratiue, posuit Bar. in l. inter stipulantes. §. sacram. ff. de verb. obli. & in l. libertis. ff. de alimen. & ciba. legat. §. refert Oldradum istam differentiam cōsiderasse, & plenē habetur p dominos de Rota in antiquis in decisi. 869. incipiente, Lego pro anniuersario, quos et refert, ac sequitur ad propositū Felin. in c. ad audiētiā. il. 2. extra de rescrip. col. 5. & in c. super literis colum. 3. iur. modos autem extra de rescrip. Num autem in terminis nostris illa uerba instrumēti, tātas terras ex terris possēssionis suprascriptae &c. stent taxatiue, seu dispositiue, an uero demonstratiue, seu de signatiue, colligitur ex theōrica doctorum proximē allegatorū dicentium, qd quādo in una oratione perfecta exprimit res promissa, seu legata, & in alia oratione subsequēti, & perfecta exprimitur locus, seu res, ex quo, uel quares debita soluēda sit, tūc sequēs clausula, seu oratio nō taxat promissionē, nec legatū, sed demonstrat, unde facilius, & sine incōmodo rei familiaris debita solui possit. l. qdā testamento in prin. ff. de leg. 1. l. paulo callimacho. §. si. ff. de lega. 3. & tūc si ceteres debita integraliter nō possit ex re designata solui, tamē residuū rei debita ex alijs rebus debitoris solui debet, ut ibi. Sed si utraq; res, uidelicet res principaliter debita, & res, seu locus, ex quibus solutio, & satisfactio fieri debeāt, fuerint expressae sub vna, eadēque oratione, ut qd dictū fuerit, pmitto, uel lego centū Titio, quae sunt in arca, uel promitto 20. salmas frumenti ex tali fundo, tūc uerba denotatiua, ex qua, uel ex quibus rebus faciēda sit satisfactio, stant taxatiue, ut omnino ex frumēto illius fundi, & nō ex alio solui debeat id, quod promissum, aut legatū fuit. Et in hac sententiā inclinant legistae, & Canonistae cōmuniter, quos refert, ac sequitur Felin. in d. c. ad audiētiā, & in d. c. super literis. & Bart. etiā in d. l. inter stipulātē. §. si cā. idēq; tenēt, & exēplificāt dictū domini de Rota sub tit. de testamē. in dicta decisione. 869. sed in dicto instrumēto promissionis, de quo nūc agitur, in una oratione separata per dominā Dariā fuerūt promissā duo millia p dotibus filiarū suarū, deinde in alia oratione separata ipsa soluere, seu in solutū assignare. pmissit pro dictis duobus millibus tot, & tātas terras ex terris possessionis posita in comitatu castri Bononiēsis, igitur illa uerba ex terris &c. dicuntur stare demonstratiue, & expressa censentur gratia designandi, ex quibus rebus, & terris duo millia solui, & satisfieri deberēt: quo fit, ut si dictae terrae non sufficerēt ad integrā debiti satisfactiōē, pro cōplemēto debebit de alijs bonis, & terris debitoris suppleri arbitrio boni iuris, & maxime hoc est dicēdum fauore dotiū dictarum filiarum, cum omnia nobis suadeant hanc interpretationem fieri debere ad effectum, ut pro dotibus non detur minus, quam sit summa duorum millium promissae, atque relictæ. ¶ Vltimum dubium ex dictis in primo uidetur resolutum, quoniam si sub promissione omnium bonorum facta per dominā Dariā non dicitur dos sua comprehensa, ut iam dixi in primo dubio, inferitur, quod antequā ipsa teneatur supplere dotem filiarum suarum ex alijs bonis hereditatis, potest, si uult, dotes suas deducere, cum per successionem, & additionem hereditatis sui mariti non dicatur consumsum ius deducendi dotes suas ex bonis hereditatis. d. l. vnica. §. igit. C. de rei uxor. actio. & praesertim, quia domina Dariā habet bona hereditatis dicti olim domini Andreae sui mariti p dotibus suis per prius obligata, ac hypothecata. l. alius uidus. C. qui potio. in pign. hab. ac etiā quia ipsa, quādo promissit omnia alia bona nō censetur uoluissē sibi quoad dotes suas praedictas, ut iā dixi, ergo ante, quā perfectē de alijs bonis hae-

- ad immobilia debitoris deueniatur, quādo, & quomō procedat.
- 34 Quid si bona essent expressē creditori hypothecata.
- 37 Statuta, & conuentiones partium in dubio secundum ius commune debent intelligi.
- 38 Dos etiam in nominibus debitorum assignari potest, gaudetq; iisdem privilegijs, quibus dos actualiter numerata.
- 39 Exprimi quid solum tripliciter dicitur, & quomodo.
- 40 Consensus tacitus, & scitus, non autem expressus, & uerus arguitur ex scientia, praesentia, & non contradictione, qui nō sufficit, quando consensus uerus, & uerbis expressus requiritur.
- 41 Consensus tacitus non sufficit, nec idem, quod expressus operatur, quando tractatur de aliquo obligando.
- 42 Ratificatio tacita non sufficit, quando expressa ex pacto contrahentium requiritur.
- 43 Vxor usufructuaria omnium bonorum à marito in testamento relicta, alio herede uniuersaliter quo ad proprietatem instituto, non tenetur ad solutionem aris alieni ipsius mariti, sed heredes.
- 44 Vxor usufructuaria omnium bonorum, alio herede uniuersaliter dato, nō dicitur heres, sed legatarius, & titulo particulari succedere, & ad solutionem aris alieni defuncti de usufructu non tenetur.
- 45 Pater usufructuarius bonorum aduentitiorum filij non tenetur alienum filij de usufructu, sed de proprietate soluere.

E P I T O M E.

PACTA quaedam matrimonialia inter coniuges iniuncta super iure viduitatis, seu usufructus iuxta forū Aragoniae uxori viduae ex marito sine filiis pcedēte super pluribus bonis tam in regno Aragoniae, q̄ alibi sitis contemplatione matrimonij assignatis debito, super quibus bonis, & quomodo istud ius viduitatis, seu usufructus debeat declarantur.

Vxor soluta matrimonio, & durāte usufructu i bonis mariti defuncti sibi ex iure viduitatis loci, aut ex pacto, aut aliter debito, infra annum, si dos in bonis mobilibus cōsistat, & statim, si i immobilibus, potest dotes suas petere, atq; exigere, & multo magis petere, ut declaratur, in quibus bonis, & p quāta parte finito usufructu praedicto, sint restituenda, quāuis pacto inter ipsos coniuges conuentum sit, q̄ in casu, quo dictum usufructu aliquo modo cōsequeretur, ipsa nō possit petere, aut exigere aliquā summā ex dote sua.

Vxor, quae ex pacto obligauit ad medietatem solutionis debitorū mariti, in quibus ipsa se expressē obligauit, seu quae expressē laudauerit, uel cōsenserit, nō tenetur ad dictā solutionē, nisi expressis uerbis cōsenserit, aut ratificauerit, aut se obligauerit, etiā si illis cōtrahēdis p̄sens fuerit, & de illis notitiā habuerit, & nō dixerit, ac usufructuaria bonorū mariti remanserit,

CONSILIVM XXXVIII.

SUPER capitulis matrimonialibus inter dominū Raymundum de Spes ex una, & dominā Ioānā de Calcena coniuges ex altera, p̄sente, uolēte, & donāte dñā Isabella Fabia initis, & cōcordatis, tria mihi se offerūt principaliter discutēda. Primū est, an ius viduitatis, qd̄ ex pacto reſeruātū fuit praefatae domināe Ioānae in, & super bonis domini Raymūdi, si illa superuixerit domino Raymūdo sine filiis, reſeruātū etiā illi censeatur sup̄ uilla de Anglesola, & super Baronia de Spes, & tenētijs de Almanfa, Villena, & Tecla &c. Secūndum, an domina Ioanna soluto matrimonio inter ipsam, & dominū Raymundū partē dotis suae pro summa aureorum octo millij ducatorū octuaginta vnus, & solidorū quatuor in censualibus, nec non solidorū nouem nullū argumētū dotis vsq; ad summā trium nullū ducatorū, aliorūq; de quibus habetur in capite 27. liberē in, & super bonis dñi Raymundi exigere valeat, an verō super bonis praedictis immobi-

libus pro restitutione dotis hypothecatis cū fructu pceptione solū insistere possit, aut saltē possit petere declarari in, & sup̄ quibus bonis dos sit restituenda. Tertiū, nū domina Ioanna ad satisfactionem medietatis aris alieni tēpore matrimonij à praefato domino Raymūdo contracti teneatur. ¶ Redeo ad primū, super quo de iure concludēdū esse arbitror, q̄ ius uiduitatis sup̄ Baronia de Spes, & p̄tētijs illius ipsi domini Ioanna debeat, donec vidua p̄miserit sine filiis ei domino Raymūdo, q̄, ut in capitulis cōiugalibus cōtinetur, cōuētum fuit, q̄ ipsa domina Ioanna remaneret, & durāte vidua ex dicto domino Raymūdo, ius uiduitatis, seu usufructus i Baronia de Spes, & Drecos, & p̄tētijs illius, & in medietate emolumentorum, & prouēntū de Almanfa, Villena, & Tecla, & in tribus millia solidis annuis in oppido de Samper de Carladā, & oppido de Lierta ipsi domini Ioanna (ut etiam ex foro Aragonie solet cōpetere) debeat. nec nō cōuentum fuit, ut eidē ius uiduitatis debeat super Baronia de Almanfa, Drecos, & p̄tētijs illius, & p̄ter Pardinis de Antiano &c. & i omnibus alijs bonis supra cōtēntis, si ipsa remāserit vidua sine filiis ex dicto domino Raymūdo: sed inter alia bona cōtēnta, & enumerata supra in capitulis cōtinetur Baronia de Spes cū suis p̄tēntijs, item etiā villa de Anglesola, dum contemplatione matrimonij dominus Raymūdo assignauit oppidū de Anglesola situatum in principatu Cathalonie cū omnibus p̄tēntijs ad ipsū, ut in 12. c. ergo inferitur, q̄ ex partium cōuēntione ius uiduitatis dominae Ioānae, q̄ ut supra remāserit vidua, super Baronia de Spes &c. & super oppido de Anglesola &c. debetū esse censetur, quoniam haec sunt de expressis, & cōtēntis supra, ac etiā quia sub ista generalitate, & in omnibus alijs bonis continetur uilla de Anglesola, aliā illa uerba generalia nihil dicere tur sub se continere, cum omnia alia specificata fuerint: & i uerba semper ita debent intelligi, ut aliqui operentur. I. si quādo. ff. de lega. 1. l. si quādo. in princip. C. de inoffic. testamen. Bald. in rub. C. de contrahen. emptio. & vendit. ¶ Nec refragatur, q̄ ius uiduitatis reſeruātum illi fuerit iuxta forum Aragoniae, & ut comperit ex foro Aragoniae, & sic restrictiue, pro ut in dicto foro debetur, sed quamuis ex foro Aragoniae in Baronia de Spes, & alijs cōsistentibus in regno Aragoniae ius uiduitatis deberi possit, tamen secundum ius Aragoniae nō potest ius uiduitatis deberi in oppido de Anglesola, & in alijs positus in regno Cathalonie, cum dicantur esse extra territorium, & iurisdictionem Aragoniae, & i extra territorium ius tuentium nō extenditur. I. extra territorium. C. de iurisdictione. omnium iudi. cap. 2. de constit. in 6. haec enim uerba, & ut, ponuntur restrictiue, & limitatiue, ut per Bartolum in extrauagan. ad reprimendum. in uerbo: ut: igitur illa uerba, & in alijs supra contentis sunt referenda solum ad bona in regno Aragoniae sita, cum ex illius foro uiduitas debeat, & non ad oppidū de Anglesola, & ad alia, quae sunt in regno Cathalonie, ex cuius foro uiduitas non dicitur deberi, quia respondetur, quod i illa uerba, & ut comperit ex foro Aragoniae, & ibi, iuxta forum Aragoniae uiduitas assignatur, non stant restrictiue, sed similitudinariē pro sicut, seu pro tanquam, uel ad instar, ut in l. si quis. C. de sepulchr. uiola. l. 1. C. de ijs qui parauit libe. occi. l. leges ut generales. C. de legibus, & sententia est, quod sicut ex foro Aragoniae regulariter ius uiduitatis debetur, ita ex conuentione inter ipsos coniuges iniuncta debeat etiam in omnibus bonis donatis, & expressis supra in capitulis, inter quae fuit expressa uilla de Anglesola, & Baronia de Spes &c. Rursum si bona sita in principatu Cathalonie nō dicantur

ex foro, nec de iure subiecta iuri uindictatis, tñ ex con-
 uentione partium fauore matrimonij illi subiecta fie-
 ri possunt, qm̄ f̄ctus legem accipiunt ex conuentio-
 ne partium. l. contractus. ff. de reg. iur. l. 1. §. si cōuenia-
 tur. ff. de pos. & quod lege non est prouisum, seu cau-
 tum, pacto id fieri pōt: quinimodō cōtra id, quod lex
 disponit, partes conuenire, & pacisci pōt, dummodo
 contra substantialia cōtractus non faciant, uel pactū
 non sit à lege reprobātū, ut in iurib. alleg. & l. si fundū
 sciens. C. de cuius. l. si familia. C. fam. herc. & ibi not. l.
 si fr̄s. C. comm. utr. iud. cum ibiq; not. Bar. in l. cū pre-
 cario. ff. de precar. l. pacta conuenta. ff. de contrahen-
 emp. & l. iuri gentium. §. si paciscar. ff. de pact. cum fi.
 & prædicta suadentur ex dispositis in capitulis matri-
 monialibus, quibus conuentum fuit, q si contingat
 D. Ioannam maximē sine filiis superuuiere Do. Ray-
 mundo, ac etiam Do. Isabellā, in omnibus bonis in
 capitulis contentis, inter quā etiam Baronia de spes
 cum pertinentiis suis, nec non villa de Anglesola, cū
 aliis pertinentiis suis, & c. continentur, ipsi D. Ioannā
 ius uiduitatis, ut ex foro Aragonum debeatur: ergo
 ista, quæ conuenta fuerunt, cum oneribus suis seruan-
 da sunt, quia dixit prætor, pacta seruabo. d. l. iuri gen-
 tium. §. prætor ait. ff. de pact. cum sim. ¶ Secundo ani-
 maduertendum est, quod pactum super iure uiduita-
 tis inter cōiuges factum dicitur esse reciprocum, qm̄
 sicut præcedente D. Raymundo debetur D. Ioannæ,
 ita illa præcedente debetur ipsi D. Raymundo in bo-
 nis dotalibus ipsius D. Ioannæ, ut expressē in capitu-
 lis, & pactis matrimonialibus continetur. Item f̄ quod
 ad lucra, quæ coniugibus hinc inde post illorum mor-
 tem debentur, æqualitas seruanda est, & inæqualitas
 ad æqualitatem reducitur, auth. æqualitas. C. de pact.
 conuen. & in corpore, unde sumitur. in C. de eque-
 li. dot. §. l. l. ut liberis. C. de colla. l. si. C. fam. herc. sed
 præmoriēte D. Ioannā, simpliciter & absolute ius vi-
 duitatis in bonis dotalibus, & aliis suis ipsi D. Raymū-
 do debetur, ut in dictis capitulis, ergo idem dicēdum
 est de iure uiduitatis, quod Do. Ioannæ debetur præ-
 moriēte D. Raymundo: & si aliqua inæqualitas, ma-
 ius uē grauiamen appareat ex parte D. Ioannæ, debet
 ad æqualitatem reduci, ut inter ipsos coniuges, qui
 sunt una, & eadem caro, omnis inuidia, quæ ex inæ-
 qualitate nascitur, cesset, & tollatur, ut ibi habetur, &
 argum. l. pen. C. de colla. ibi, ne ex eo aliquid iniusti-
 oritur, & ibi Bal. & Spec. in tit. de dona. uerfi. item po-
 ne pater. & propter prælationem, & inæqualitatem
 inuidia inter Chaim, & Abel fratres orta fuit. c. 6. 3. 5.
 dist. & ibi glo. & quod in Baronia de spes, quæ est in
 regno Aragoniæ cum pertinentiis suis, ius uiduitatis
 Do. Ioannæ superstiti debeatur, dubitatione penitus
 caret, quia ex pacto expresso, ac etiam ex foro, seu ex
 iure Aragonum hoc est cautum, & sic duplici uinculo
 debetur, duplexq; uinculum est fortius, quā sim-
 plex. auth. itaq; C. comm. de success. c. 1. ext. de treug.
 & pa. Item quia in Aragonia t̄ omnia conuenta, & di-
 spōsa ad literam, & prout in charta continentur, ser-
 uanda, & intelligenda sunt, adeo quod non est licitū
 à uera, & propria uerborum significatione recedere,
 nec est locus extensioni ē ex similitudine rōnis, Bal.
 in l. 2. in prin. uerfi. extra inducitur. C. de patri. qui fil. di-
 straxe. & in l. illud in 2. col. C. de sacros. eccle. Alex. in
 apostil. ad Bar. in l. omnes populi. circa fi. ff. de iusti. &
 iur. in uer. interpretationem. Et non solum super im-
 mobilibus, sed etiā super omnibus mobilibus ius,
 & assignatis in reclamationem matrimonij datus
 uiduitatis D. Ioannæ debetur, quoniam mobilia ex
 pacto facta fuerunt sedentia, hoc est immobilia, seu
 loco immobilium: & ideo debent iuri disponenti de
 immobilibus subiacere: cum iure Aragonum dispo-

sitū sit, quod mobilia ex pacto sedentia fieri possint,
 & iura loquentia de immobilibus locum habent etiā
 in huiusmodi bonis mobilibus, quoniam in Arago-
 nia omnia conuenta, & disposita debent intelligi, ut
 in charta, & ad literam, dummodo non sint impossi-
 bilia, & contra ius naturale: sed hoc nō est de iure im-
 possibile, nec contra ius naturale: quia f̄ iura, & leges
 in pluribus casibus admittūt, mobilia haberi pro im-
 mobilibus, ut est pecunia ad emptionem immobiliū
 destinata, seu deputata. Rom. in consi. 178. & in l. si ex
 legati. ff. de ver. obl. per l. 3. §. quid ergo. ff. de contrar.
 iudi. tutel. l. à diuo pio. in fi. & ibi Raph. ff. de re iudi. &
 est bonus tex. in l. si chorus. ff. de leg. 3. & cum hac opi-
 nione pertransire uidetur Alex. in l. 1. §. quæsitum. ff.
 ad Treb. qui ultimo loco in hoc uidetur residere, li-
 cet prius pro parte cōtraria argumentatus fuerit ibi.
 Item ut sunt serui, & alia personæ ascriptæ glebæ, &
 ad culturam agrorum destinata, ut in l. quemadmo-
 dum. C. de agri. & censu. lib. 1. r. & ibi per totum. Abb.
 per illum tex. in c. nulli ext. de reb. eccl. non alie. in 2.
 not. ubi plenē dixi, ergo dicendum est, ius uiduitatis
 posse ē in bonis mobilibus, quæ ex pacto effecta sunt
 sedentia, deberi. ¶ Corroborantur præmissa ex regu-
 la, f̄ quæ habet, quod exceptio firmat regulam, seu di-
 spōsitionem principalem in casibus non exceptis. l.
 qui neq; in fi. ff. de reb. eo. l. nam quod liquide. in fi. ff.
 de pen. leg. l. quæsitum. §. deniq; & ibi Bar. cum aliis.
 ff. de fund. instruc. sed à generali constitutione uidui-
 tatis facta ad fauorem Dom. Ioannæ in casu, quo ipsa
 post mortem D. Raymundi sine filiis uidua remanse-
 rit, excipitur casus, nisi ipse Do. Raymundus potuerit
 de Baronia de spes, & de villa de Anglesola & c. dispo-
 nere: ergo inferitur, quod in casu, quo disponere non
 posset, dñr partes uoluisset, quod D. Ioāna in dictis Ba-
 roniam, & villam ius uiduitatis habere possit, sed D. Ray-
 mundus disponere non potuit de iure uiduitatis super
 Baronia de spes, nec de eius tenentiis, quia de iure,
 seu ex foro Aragonum, cui ipse subiectus est, & sta-
 re tenetur. arg. c. privilegio. in fi. cum c. seq. 4. dist. l. iu-
 stitia. ff. de iust. & iur. l. 3. C. de legib. de iure uiduitatis
 disponere non potest, nec ē de iure uiduitatis super
 villa de Anglesola, quia illa fuit, & est uinculata, & su-
 biecta restitutioni, ergo sequitur, quod adhuc ius ui-
 duitatis in & super dictis bonis remanere dicitur ipsi
 Do. Ioannæ, qm̄ conditio, sub qua facta fuit exceptio
 de iure uiduitatis super dictis bonis, defecit, cum D.
 Raymundus disponere non potuerit, & f̄ deficiente
 conditione, defecit dispositio, seu exceptio sub illa cō-
 ditione facta. l. 1. & per to. C. de condi. infer. & per to.
 ff. eo. ac etiam per argumentum absumptum à contra-
 rio, f̄ quod sumi potest, quoties abutendum non resul-
 tat. l. 2. de cond. infer. & plenē habetur per Alex. in l. 1.
 §. huius rei. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. nam si
 extra uiduitatem Baronia de spes, & villa de Angleso-
 la esse dicuntur in casu, quo Dominus Raymundus
 de illo iure super dictis bonis disponere potuerit, ergo
 à contrario si de eo disponere non potuerit, uerū
 erit dicere, quod ius uiduitatis in illis dicta Do. Ioan-
 nā integrum remaneat, eueniente casu ipsius uidui-
 tatis, ut quia sine filiis ipsi D. Raymundo supernixe-
 rit, & in uiduitate permanserit, & hæc fuit manifesta
 intentio ipsorum coniugum, & cōtrahentium. Quo
 fit, ut ad alias coniecturas non sit recurrendum. l. con-
 tinuus. §. cum ita. in fin. uerb. ff. de uerb. obli. quia non
 est uerisimile, quod D. Raymundus in casu, quo filios
 non haberet, de bonis prædictis uoluisset in alias per-
 sonas disponere, quā in suam dilectissimam coniu-
 gem Do. Ioannam, ut colligitur ex illa conditione ui-
 duitatis adiecta, si prædecesserit sine filiis, quæ insert
 ipsum filios suos D. Ioannæ, illisq; non extantibus cā
 ceteris

ceteris alijs prædilexis, ad ea, quæ habentur in l. Lucius, la grande. ff. de hered. instit. in l. cum aius. ff. de cond. & demon. in l. cum acutissimi. C. de fideicō. & in l. generaliter. §. cum aut. C. de instit. & substi. sub cōdit. fact. ¶ Ad corroboratiōem præmissōrū ēt accedat renunciatio, quam domina Ioanna fecit de iure uindictatis super Baronia de Spes, &c. & oppido de Anglesola, ex illa. n. infertur, q̄ tam ex capitulis, & cōuentionibus, quàm de iure uindictatis ipsa erat prius dominæ Ioannæ acquisita, quia nisi fuisset iam acquisita, frustra illi renunciasset, q̄ iuri, quod nōdū p̄perit, nec debetur, renuntiari nō pōt, sed solū iuri iā acqui-
 11 sito, seu debito, ad notata in l. i. C. de pact. & in c. i. & in rub. & per totum, extra de renūtiatio. cum alijs. Præterea exceptio, de qua in uer. exceptio, & renunciatio, de qua in uer. & q̄ in dicto casu, nō pnt dici simpliciter facta sub illa cōditione, si do. Raymundus sine filiis prædeceserit, &c. qm̄ ante dictos uersiculos iā cōuentum erat, ut ius uindictatis generaliter super oībus bonis, & sic super prædicta Baronia de Spes, ac ēt super uilla de Anglesola diceretur dominæ Ioannæ acquisitū sub cōditione, si dominus Raymundus deceserit sine filiis, ergo id, qd̄ d̄r in dictis uersiculis, in quibus ab illa generalitate ius uindictatis super dictis Baronia, & uilla eximitur, nō pōt dici factū sub illa sola cōditione, si dominus Raymundus prædeceserit sine filiis, alioquin sequeretur, quod sub eadē cōdōne, & sub eodem casu ius uindictatis super dictis bonis diceretur debitum, & non debitum dominæ Ioannæ,
 12 & t̄ consequenter ab euentu eiusmodi conditionis, si deceserit sine filiis, effectus contrarij resulerent, qd̄ minimē ddm̄ est, ut in l. i. C. de fur. l. ubi repugnā. ff. de reg. iur. ne contingat cōtrahentes in uno, eo demq̄ casu uoluisse se incontinenti corrigere, cōtra textum cum ibi nō. in l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstratio. Quare fateri necesse est, q̄ exceptio, & renūtiatio de Baronia, & de uilla prædictis dicatur facta ēt sub alio, & diuerso casu, & sub diuersa cōditione, quæ expressa fuit, uidelicet si disponere de illis
 13 potuerit. Et ex prædictis clarē infertur q̄ ius uindictatis super oppido de Anglesola, &c. & super Baronia de Spes, & pertinentijs dicatur dominæ Ioannæ sub pluribus cōditionibus copulatiuē debitū, sub prima, si dominus Raymundus prædeceserit, sub secunda, si ipse non potuerit disponere, &c. quia in casu, quo potuerit disponere, fuit excepta; sed ille decessit sine filiis, itē de dictis Baronia, & uilla disponere non potuit, ergo in illis ius uindictatis dominæ Ioannæ debitū fuit, & exceptioni locus esse non potuit, quia omnes simul, & copulatiuē adimpleri debuerunt, adeo q̄ satis non fuit alterā adimplerā fuisse, & alterā defecisse, ut in l. si quis ita stipulatus. ff. de uerborū obligat. & in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dubijs. & altera deficiente, totaliter ipsa exceptio deficeret, ut in dictis iuribus. Et licet in ipsa exceptione supradicta nō fuerit hæc cōditio, si sine filiis prædeceserit, &c. expressa uerbis specialibus, tñ expressa fuit uerbis generalibus, ut dicitur de uulgari, & pupillari comprehensa sub compendiosa, quæ dicuntur expressa non uerbis specialibus, sed generalibus, ad tradita per Bartolum, & oēs in l. i. & in l. cēturio. ff. de uulg. & pupilla. & in l. precibus. C. de impub. & per Ioan. de Imol. in c. Raynuius in materia uulgaris, & cōpēdiosa, ibiq̄ tetigi, extra de testamen. Quod aut̄ saltē uerbis generalibus cōdō illa, si dominus Raymundus prædeceserit sine filiis, dicatur expressa, seu cōprehensa ēt in dictis uersiculis ultra cōditionē, si disponere potuerit, satis clarē demonstratur, nam hæc exceptio uindictatis super Baronia, &c. & super oppido, &c. facta fuit ab illa generali dispositione, qua cōuentū fuit, q̄ ius

uindictatis dominæ Ioannæ deberetur super oībus bonis in capitulis contentis, & sic ēt super Baronia de Spes, & oppido de Anglesola, ut colligitur ex uerbo capitulorum, & supra dictū fuit: sed illa generalis exceptio uindictatis facta fuit sub cōditione, si dominus Raymundus prædeceserit sine filiis, &c. ergo sub eadem quoque cōditione exceptio ipsa uindictatis necessario debet intelligi facta; quia t̄ exceptio semper debet intelligi facta secundum terminos, & qualitates dispositionis, a qua fit exceptio, alioquin non diceretur exceptio bona, si enim dicerem, omnis homo currit exceptio equo, certē non esset exceptio bona, sed si dicerem omnis homo currit, exceptio Titio benē procederet exceptio, qm̄ Titius est hō, & hoc batur ex iis, quæ habentur per glossam in c. i. de iur. in 6. l. nam qd̄ liquidē, in fi. ff. de penul. lega. l. que tum. §. deniq̄. de fun. instituc. & ibi Bar. in l. legata in rilitē. rin prin. ibiq̄; Bar. in fi. uer. ff. de leg. i. cum alia Si ergo a dispositione facta generaliter sub cōditione, si prædeceserit sine filiis, &c. facta dicitur exceptio, si potuerit disponere, &c. debet etiam necessariā intelligi facta sub illa cōditione, si prædeceserit, quia in principali dispositione, alioquin non diceretur exceptio, nisi retentis iisdem terminis, & qualitatibus præcedentibus facta intelligeretur ex quibus inferitur, q̄ ad hoc, ut exceptio uindictatis sup̄ Baronia & super oppido effectum habeat, requiritur utrumq̄ uerificari, uidelicet, q̄ dominus Raymundus prædeceserit sine filiis, &c. & q̄ potuerit de iure uindictatis Baronia, &c. & oppidi, &c. disponere p̄ iura superius allegata: & q̄ in illo uersiculo & qd̄ in dicto casu, facta ēt fuerit exceptio a generali dispositione uindictatis de uilla de Anglesola, negari nō pōt, quia cum iam prius constitutum esset ius uindictatis generaliter super omnibus bonis, ac ēt expressē super Baronia de Spes, postea in d. uer. exceptio &c. excipitur de Baronia de Spes, deinde in uer. & quod in dicto casu reuocatur ius uindictatis super uilla de Anglesola in casu, quo potuerit disponere, &c. ergo clarē colligitur, quod etiā in illo uersiculo, & quod in dicto casu facta fuit exceptio &c. quo fit, ut ultra cōditionem si potuerit disponere, dicatur etiam facta sub illa cōditione, si prædeceserit sine filiis, &c. quod quidem ostendunt etiam illa uerba, & q̄ in dicto casu, quæ stant demonstratiuē, & demonstrant casum proximū ac etiam remotum, proximum uidelicet, si disponere potuerit, remotum uerō, si prædeceserit sine filiis
 15 &c. & sic utrumque casum, quia t̄ clausula in fine potest ad omnia præcedentia referri, quādo congruē referri pōt, & magis ad proximā, ut in l. talis scriptura. in fin. & ibi Bartol. Alexand. & alii. ff. de lega. i. Abba. in c. cum dilecti. extra de donatio. Bartol. in prator la prima. §. crit. ff. uibon. rapro. cum alijs allegatis post gloss. in l. si idem. §. sed si. ff. de iurisdic. om. iud. quidquid ex opposito dicant aliqui, uolentes, quod ea, quæ dicitur in d. uer. & q̄ in dicto casu, nō sint referēda ad proximā, in quibus fuit expressa cōditio illa, si disponere potuerit, sed ad alia superius dicta tantū, qm̄ fit mētio simplex de cōdōne, si prædeceserit sine filiis, &c. Quod ēt magis liquidē probatur, qm̄ si illud, qd̄ d̄r in dicto uer. & q̄ in dicto casu, solum diceretur dictum, & factum sub sola cōditione, si prædeceserit sine filiis, & non sub alia, sequeretur, q̄ ipsi disponentes sibi contrarii fuissent, & incontinenti uoluissent se corrigere, quod nequaquam dicendum est, iuribus alijs supra per me ad hoc allegatis. Quod autem hoc sequeretur, ostenditur, nā sub cōdōne, si do. Raymundus prædeceserit sine filiis ipsi do. Ioannæ, cōuentū fuit, ut do. Ioannæ uindictas etiā in Baronia de Spes, & pertinentijs deberetur, ut dictum

dictum fuit, si autem id, quod dicitur in d. uerfi. & q in dicto casu & c. solum intelligitur dispositum sub illa lamer sola cōditione, si praecefferit sine filiis, inferitur, qd eodem casu in Baronia de Spes uiduitas nō deberetur, item qd deberetur: qd uidet impossibile, quia hae sunt cōtrariae, & incompatibilia: ergo necesse est inuitis dentibus fateri, qd dictū in d. uerfi. & qd in dicto casu, sit factum nō solum sub illa cōditione, si praecefferit & c. sed etiā sub illa copulatiuē, si potuerit disponere. Nec aliter, ut etiā dictū est, possumus intel ligere, nisi iudaicē uellemus interpretari. ¶ Et quāuis ex supra relatis plura, quae in oppositum d. dominam Ioannam facere videbantur, sunt sublati, tū de bo no ipsius iure clarius cōstet, singulis, quae magis strin gere uidentur, respondebo: Opponitur. n. pro parte succedere debentium, seu proprietariorum, q in Ba roniam de spes & c. uiduitas non est do. Ioannae debita, qm post illū uerfi. & quod in dicto casu & c. ibi in uer si. uoluit & c. consensit & c. & sic in eadem dispositio ne subiicitur, qd do. Ioanna existens uidua per mortē do. Raymundi sine filiis, & finito quietantēto, seu finita luitione summarum loci de Sampoer, habeat, & percipere debeat annuatim in recompensationem eius dem tria millia solidorum singulis annis ex redditib. Baroniae de Spes & c. ex quo inferitur, qd d. Baronia de Spes extra uiduitatem remanet in casu, quo do. Ioan na simpliciter uidua remansisset ex do. Raymundo si ne filiis absq; alia cōditione, si potuerit disponere: Sed pro responsione praesuppono, ut in capitulis con tinentur, conuentū fuisse generaliter, qd dissoluto ma trimonio per mortem domini Raymundi ipsa domi na Ioanna superstes ius uiduitatis habere debeat, cū pacto tñ, qd si do. Isabella superuiuat do. Raymundo si, tunc do. Ioanna ius uiduitatis in Baronia de Spes, Drecois & c. pertinētijs, & in tribus mille solidis an nuiis in oppido de Sampoer & c. post mortem uerō do. Isabellae, si superuiuat do. Ioanna uidua cum filiis, qui uiuant, ipsa habere debeat ius uiduitatis, iuxta forum Aragoniae in Baronia de Alfaiarim, & in pardinis, & in omnibus supra contentis, cum hac tñ cōditione, seu cū hoc onere, ut ipsa uiginti sex millia solidorū annuatim soluat pro tātis censibus debitis, sed inter alia contenta fuit expressa Baronia de Spes, ergo etiā in illa in casu huiusmodi ius uiduitatis debet dici. Item etiam in casu, quo domina Ioanna post mortem domi. Isabellae superuiixerit uidua ex dicto dño Ray mundo sine filiis ex eo, tunc habeat ius uiduitatis sup Baronia de Alfaiarim, Dacos, & pertinētijs illius, & sup Pardinis de antiano, Viecha, Schedo, Castellon, Ciccos, & sup tribus mille solidis in oppido de Sāper de Carliada, & in oppido de Lierta, & in domibus Ce faraugustanis, & in alijs bonis supra cōtētis: quae uer ba generalia, & indefinita etiā uerificatur in Baronia de Spes, quia illa fuit de nominatis, ergo uerū est di cere, qd in quocunque casu cōsiderato ab ipsis contra hentibus ius uiduitatis fuit dominae Ioannae uiduae ex domino Raymundo siue sine filiis, siue cum filiis, qui uiuant, debitum. ¶ Non obstat modo consideratio ex aduerso facta, quia respondetur, qd rectē intelligē do. id, quod continetur in d. uerfi. uoluit & c. oppo sitio nihil do. Ioannae refragatur, quin regulariter ius uiduitatis habere debeat in dic. Baronia de Spes, qm illud debet intelligi tantum in casu, de quo in d. uerfi. & quod in dicto casu & c. sic ad proxima debet refer ri, & non ad alia remota, alioquin resuleret absur dum, & contrarias, de quibus supra, uidelicet, qd il lo casu, quo do. Raymundus sine filiis ipsi do. Ioannae praecederet, illa ius uiduitatis in dic. Baronia de Spes haberet, item illud ius habere non deberet, quod mi nimē dicendum est: Declaro, nam in dicto uerfi. & q

in dicto casu & c. fuit conuentum, seu dispositum, qd eueniente casu, quo do. Raymūdus praecederet do. Ioannae sine filiis, & do. Raymundus potuerit dispo nere de iure uiduitatis super dicta Baronia de Spes, tunc d. Baronia sit extra uiduitatem, & ipsa do. illi re nuntiauit, & in hoc casu, quo ius uiduitatis ipsi nō de betur in d. Baronia, & sic in casu, quo ipsa do. Ioanna illi renuntiauit, ut supra, ipsa habere, & recipere dēt super d. Baronia in recompensam eiusdem tres mille solidos, & ad proxima tantum faciendā est relatio, quando si ad praecedentia, seu ad omnia fieret, resul taret absurdū, ut in d. l. talis scriptura, in fin. & ibi Bar. cū similibus supra allegatis. Ex quibus inferitur, quod ex quo domina Ioanna non simpliciter, sed solum in casu proximē dicto renuntiauit in casu, quo dominus Raymundus praececessisset sine filiis, & disponere nō potuerit, ipsa do. Ioanna illa tria millia super dicta Ba roniam habere non debuit, sed ipsam Baroniā de Spes, ut innuit illud uerbum renuntiauit, quod praesuppo nit ius uiduitatis prius fuisse dominae Ioannae acqui situm in casu, quo non potuerit disponere, ut supra, & prout etiam inferitur ex illis uerbis in recompensatio nem eiusdem Baroniae, hoc est, qd domina Ioanna ha bere debeat tria millia super dicta Baronia in recom pensationem eiusdem, quae fuerat dominae Ioannae acquisita, quia t in recompensationem rei iam debi ta, seu acquisita, nō aut nō debita, nec acquisita qd datur, seu conceditur. l. 2. & ibi doct. C. de cōpēsa. gl. in l. quacunque. in uerb. ueniunt. ff. eodē. iuncta. l. etiā. & ibi Bal. C. eodē. ¶ Aliud contra dictam dominam Ioannam opponitur, qd in pertinentiis praedictis ius uiduitatis habere non debeat eo casu, quo dominus Raymundus praececessisset sine filiis, quia fuit conuē tum, qd in casu, quo tenentiae liberentur, summa, seu quātitas, quae inde extraheā, debeat deponi penes ad ministratores regni Aragoniae, & qd in casu dictae luiti onis, si domina Ioanna superesset uidua sine filiis ex dicto domino Raymundo, teneatur totidem pensio nes annuatim, & c. quot erunt pensiones censualem, de proprietate dictarum tenentiarum soluere succes sori domus de Spes. Ergo inferitur, quod domina Ioan na non dicitur ius uiduitatis super tenentis praedictis habere, quia si illud ius haberet, non teneretur de pro prietate illarum soluere, nam responderetur hae simul stare, quod in tenentis praedictis domina Ioanna ius uiduitatis habere deberet, sed cū onere soluēdi in ca su dictae luitiōis de illarum proprietate, neq; hac in ter se repugnant, quoniam t ille, cui ususfructus datur uel relinquitur, potest teneri, seu grauari, qd de pro prietate rerum, in quibus debetur ususfructus, credi toribus haereditariis soluere debeat, ut colligitur ex iis, quae habentur, & ibi ponuntur per Alex. post alios. in l. vñ usufructu. ff. ad l. falcid. item t super eadem re uni ususfructus, & aleri vñ rei deberi potest, ut in l. fi. ff. uti possi. & facit l. ab eo. ff. de vñ usufruc. lega. ubi illi, cui relictus est vñ usufructus, potest imponi onus fideicom missi, & consequenter ususfructus pōt cum onere ali quid dandi, uel faciendi deberi. ¶ Nec aduersatur, qd nō sit uerisimile dominū Raymūdū uoluisse in casu, quo decederet sine filiis, qd ius uiduitatis, siue usufructus omnium bonorū suorum domine Ioannae uidue in solidum debeatur, & qd successor domini Raymun di interim nihil de fructibus habere possit, quia inter im nō haberet, unde se posset alere; & ideo dicendū uidetur, qd à generalitate uiduitatis sit excepta uidui tas, seu vñ usufructus Banonię de Spes, quia huic conie cturę facillē respōdetur, nam de iure Aragonum, quo uiduitatis ius debetur vxori remanenti uidue sine fi liis, non statur cōiecturis, sed standum est cartę, hoc est uerbis p̄cise, ut supra dictum est. Secundo respō deo,

- 19 deo, & qd hmoi coniectura sumi posset in casu, quo ius uidiuitatis fuisset debitum do. Ioannae superstitibus filiis do. Raymundi, qm tunc vñsfructus omnium bonorum uxori nō posset deberi, quin pars aliqua filiis defuncti remaneret, ut per Bart. in l. uxori meae. ff. de usufruct. lega. glo. in l. omnium bonorum. ff. de usufruct. & in authen. nouissima. C. de inoffic. testam. At quando non superessent liberi defuncti, sed extranei haeredes, quibus omnium bonorum proprietates debeantur, tunc uxori, uel alij pōt usufructus in solidum omnium bonorum deberi, seu relinqui, nec debet esse in consideratione, an haeredes proprietarii habeant, unde se possint alere, ut colligitur ex not. per glo. in d. l. uxori meae: satis enim debet esse haeredibus extraneis nudā habere proprietatē interim, dū usufructus durat, qui finitus cum proprietate consolidabitur. l. idē. §. non solū. ff. de usufr. accresc. cum d. l. uxori meae &c.
- ¶ Opponitur etiam p̄ praefatā do. Ioannam, qd ipsa nō debeat ius uidiuitatis in dicta Baronia de Spes habere, quia illa fuit excepta à generali concessione uidiuitatis, etiam in casu, quo D. Raymundus sine filiis ex illa p̄cederet, quod constare allegatur pro parte successoris ex illis uerbis, & qd in dicto casu, quā dicuntur repetere solū casum illū, quo do. Raymundus p̄cederet do. Ioannae sine filiis, & non casum illū, si ipse disponere poterit de uidiuitate dictae Baroniae: nā hoc, an possit disponere necne, nō dī casus, qm f casus dī is, qui habet se ad esse, & nō esse, ut colligitur ex not. per Bar. in l. i. ff. de cond. & dem. on. col. i. l. pecuniā. in fi. cum seq. ff. si cer. pet. hoc autē, si potuerit disponere &c. ab euentu de futuro non dependet, ut statim dicam: decedere uero sine liberis, seu filiis dependet à futuro, & potest se habere ad esse, & non esse, ut in l. ex facto per totam legē. ff. ad trebel. l. Lucius. ff. de haered. instit. cum alijs, ergo uerba illa, & qd in dicto casu, comprehendunt solum casum, seu cōditionē illā, si do. Raymundus do. Ioannae praedecefferit sine filiis, non autē illud, si potuerit disponere de iure uidiuitatis sup̄ Baronia de Spes, qm an possit disponere, in se de iure certum est, & consequenter non potest dici casus, cum in hoc ius, & id, quod in iure cōstitit, in se certum sit. argum. tex. in l. i. in fi. & in l. antiqui. ff. de pet. har. & per Bar. in l. uentre. ff. de acq. har. cum simi. Sed huic motui responderi potest, primo, qd ex quo id, quod dispositū fuit sub illa cōditione, si potuerit disponere, dī etiam dispositum sub illa cōditione, si D. Raymundus praedecefferit sine filiis, absq; dubio dicetur dispositū sub casu, seu sub cōditione illa, si sine filiis &c. ac etiam sub cōditione, si potuerit disponere, ut supra plenius probauimus, ita qd erit necesse ad hoc, ut uidiuitas super Baronia de Spes dicatur excepta, & illi renunciatum, qd utrunq; euenerit. argum. d.
- 21 l. si ita quis stipulatus cum alijs. Præterea simpliciter considerando etiam solum illud, si potuerit disponere &c. pōt dici sub casu dispositū, quia & si de iure in se certum fuerit, & sit, an potuerit disponere, tñ quo ad cōtrahentes potuit dici incertum, & hoc respectu hic dī casus, qm inspiciendum non est, quod quid in se certum sit de natura, uel de iure, sed inspicere, & considerari debet in scientia cōtrahentium, & hominū. l. sed & si in fine. ff. de iudic. ibi, nec rerum naturā inuendā, in qua omnia certa essent, cum futura utique fierent, sed nostram inscientiam aspicere debere.
- ¶ Rursus considerandum est, quod uerba illa sine filiis &c. expressa fuerunt ad includendū ius uidiuitatis etiam super Baronia de Spes, ut colligitur ibi, & si dicta do. Ioanna filios non habuerit ex dicto do. Raymundo, tunc ipsi do. Ioannae assignatur uidiuitas &c. ergo illud decedere sine filiis non debet excludere uidiuitatem, quia indycta ad inclusionem, seu ad au-

gumentum non debent operari exclusionem, sed minutionē, cum indycta ad unū effectū nō operatur. l. quod fauore. C. de legib. cum ibi not. l. iuris. ff. eodem. l. legata inutiliter. ff. de lega. i. & adimen. lega. quo fit, ut ademptio, seu renunciatio uidiuitatis dicatur facta directē, & principaliter sub cōditione, seu ab illo casu si do. Raymundus potuerit disponere de uidiuitate &c. & p̄ illa uerba, & dicto casu, sint ad proximā referenda, ut dictatur rectitudo sermonis, ut supra dictum fuit: uel si et ad remotā possint referri, sunt referenda magis principaliter, & immediatē ad casum proximū, si potuerit disponere, ut latius dictū est. Præterea si illa uerba potuerit disponere &c. quo ad uillam de Angella, dicuntur, seu possunt facere cōditionē, ut innotuunt, & quilibet fatetur, ergo nō est incōueniens qd idē etiam dicamus quoad Baroniā de Spes, & tñ etiam illius. Vterius pro respōsione sciendum qd illa uerba, si potuerit disponere &c. de quibus in excepto, & tacitē etiā repetita ibi, & qd in dicto casu intelligi possunt, si potuerit de facto, itē si potuerit de iure, primo casu de facto intelliguntur attentate disponendi, ut quia morte, aut alio impedimento facti nō fuerit impeditus disponere, ad traditū Inn. & alios in c. qm admodū. de iur. iur. Balan. C. de non num. pecu. sed ipse D. Raymundus de uidiuitate post conuenta nō disposuit, igitur nō debet censeri illi renunciati, sed ipsa uidiuitas D. Ioannae manet: secundo casu intelligēdo si disposuerit de re, adhuc dī dicta uidiuitas ipsi D. Ioannae remanet nec illi debet dici renunciati, qm D. Raymundus iure Aragoni, cui subijcitur, tenetur stare uidiuitati nec potuit de dicto iure uidiuitatis disponere ad iudiciū do. Ioannae, cui & ex pacto, & de iure Aragoni fuit ius uidiuitatis in dicta Baronia de Spes acceptū. Præmissa suadentur ex dispositis in capitulis, qd do. D. Isabella fuit concessum, ut ipsa possit libere disponere de bonis ab ea datis cōtemplatione matrimonij in casu, quo do. Raymundus decederet sine filiis qm nō satis fuit ipsum decedere sine filiis, nisi etiam do. Isabella de dicta rata bonorum de facto disponeret, adeo quod illa de facto non disponente, bona in solidum remanent debita, & acquisita, seu cōtemplatione matrimonij, & consequenter cōtingum. argum. d. l. fideicommissa. §. interdum. cum ff. de leg. 3. ex quibus omnibus apparent resolutiones difficultates, quæ contra do. Ioannam facere debantur. ¶ Venio ad secundum principale dubium de dote, seu eius parte ab ipsa do. Ioanna petenda exigenda: in quo uidetur primo aspectu, qd ipsa possit petere declarari, & minus in cōtinenti petere uel exigere aliquam summam dotis, solum matrimonij, dnrante iure uidiuitatis in bonis, in quibus uidiuitas data fuit, ut in c. 13. ibi, itē fuit conuentū inter ipsos, qd si contingat D. Ioannā aliquo prædicto iure dori ius uidiuitatis cōsequi, tunc uidelicet tempore quo uidiuitas locū habebit, & sic solum matrimonij ipsa non possit petere, aut exigere aliquam summam ex dote sua, quam habet, & ex nunc uolumus habere, & asscuratam esse in dicta Baronia de Spes, & faiarim. Ex quibus uerbis uidetur hoc dictum cōtinenti dominam Ioannam decidi, quod ipsa solum ius pignoris, uel hypothecæ durante uidiuitate habeat, autem ius exigendi aliquam partem, uel petendi declarari sup̄ quibus bonis, & pro qua quantitate petere in c. 26. fuit prohibitum, dicta bona (intelligendo de bonis datis, & assignatis cōtemplatione matrimonij) posse alienari, nisi in filios legitimos, & naturales dicti matrimonij, ergo durante uidiuitate Ioanna pro dote non potuit dicta bona petere. qd

21 ubi specialiter aliqua bona fuerunt alienari prohibita, ea non dicitur alienabilia et ex causa dotis, ut voluit Bal. in c. 1. §. donare qualiter olim feud. alie. por. ¶ Tertio sic arguo, quod prohibitio alienationis facta expressè a testatore in ultima voluntate est fortior, quod prohibitio facta in contractu inter vivos, non prohibet testatoris impedit dominij translationem, sed non illa, quae facta fuit inter vivos, ut no. gl. et doct. in l. ca. lege. C. de cond. ob. cau. et in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. Sed res expressè prohibita alienari in contractu, et iter vivos non potest alienari et ex causa dotis gl. not. in l. nulla. C. de iur. dot. et ibi Bal. & Cy. ergo idem videtur dicendum, quando alienatio fuit per testatorem prohibita, et hoc argumentum fuit la. in auth. res. qua. C. comu. de leg. in §. not. col. 12. At in casu de quo agitur, prohibitio facta fuit a contrahentibus, ergo etiam ex causa dotis non potest fieri alienatio, quo fit, ut do. Ioanna licitum non dicatur dotem suam, vel partem exigere de bonis assignatis contemplatione matrimonij, in quibus viduitas debetur gl. in d. l. nulla. ¶ Quarto iure Aragonum cautum est, quod exactiones debeant prius super bonis mobilibus fieri, quod super immobilibus, et sedentibus, veluti etiam de iure communi cautum est, ut in l. a. diuo pio. §. in venditione cum ibi alleg. ff. de re iudi. c. quoniam frequenter in si. extra vt lit. non cõtest. ergo non licet do. Ioanna dotes suas in continenti exigere, vel petere declarari dotes fore immediate super baronijs, et aliis immobilibus exigendas. ¶ Quinto virtute c. 3. cõuentum fuit, quod do. Raymūdus, aut eius heredes non teneantur ad maiorem restitutionem dotis, quam fuerint bona illa, de quibus consistit verè ad do. Raymūdum actualiter, & expressè a dotis causa puenisse, sed non constat expressè, nec actu publico, hoc est manifeste de aliquibus bonis, quod verè ad do. Raymūdum peruenierint, et si consistat de aliquibus redditibus, non tamē de alijs sedentibus, ergo dicitur do. Ioanna ius exigendi, et declarandi non cõpetit super bonis immobilibus, sed super illis, quae ipsa pro dote assignauit ut in d. c. habetur. ¶ Praemissis tamen non aduersantibus, contrarium esse verius existimo, quod ipsa do. Ioanna saltē infra annum à die soluti matrimonij de iure cõpetit dotes suas super bonis hypothecatis petere, et exigere, vel saltē petere, ut declaratur super illis dote fore restituenda, ad quod dicendum mouet ex regula, quae colligitur ex rub. & ex l. 2. ff. sol. mat. et i. rub. & in l. dotis, et i. l. f. c. sol. mat. quoad mo. dos peti. c. l. unica. §. ex actio. C. de rei vxor act. nec maritus, seu heredes sui possunt uti retentione aliqua ob aliquam causam, nisi ob pactum de lucrando dote uxore praecedente, vt in d. l. unica. §. taceat cõ sequen. q. casus exceptus non potest casui nostro accommodari, cum ipsa do. Ioanna superuixerit do. Raymūdo, et contra illius heredes agere et durate iure viduitatis, seu vsufructus ut supra sibi debito, et dote suā cum augmento repetere intendat, super quibus aut bonis illa repetere, et retinere possit cõuentum fuit inter coniuges tēpore cõtracti matrimonij, ut cõtinetur in ca. 27. cuius verba sunt clara, et ideo illorum tenore aliter non refero. In c. autē 32. cõuentum fuit, quod do. Raymūdus, aut eius heredes non teneantur ad ulteriorem restitutionem dotis, quam confiterit actu publico, et uerè ipsum do. Raymūdum à do. Ioanna recepisse, et quoniam, ut p̄supponitur, censuales, et pensiones assignata, et assignatae dotis nomine ferè totaliter cõsumpta, et cõsumptae reperuntur, idcirco dotis restitutio fieri debet, et super bonis sedentibus, seu immobilibus dicti do. Raymūdi, ac et super mobilibus adductis p do. Raymūdum, et donatis p do. Isabellā in recõpensationē dicti matrimonij, quod bona ex cõuentione una cum illorum fructibus à dicta do. Ioanna retineri, et possideri possunt tanquam ob hanc causam sibi obligata, et hypothecata, ut hñ in d. c.

27. quod cõuentiones, et hypothecae cõuentae sunt p̄cise inter ipsos cõiuges seruandae, cum in illis mulieres sint valde priuilegiatae, ut in d. l. vnica ferè p totum. l. assignatis. C. qui pot. in pig. hab. l. 1. et ibi Bart. & alij. ff. sol. mat. Ex quibus inferitur, quod proculdubio licitum erit p̄stare do. Ioannae infra annum à iure dari ad dotis restitutionem petere cõtra heredes do. Raymūdi, quod declaratur, dote sibi restituenda fore super bonis sedentibus, et Baronijs ipsi hypothecatis pro tanta quantitate, p̄ quanta reperitur fuisse censuales, et pensiones data, et datae p dote non extare p id, quod hñ in d. 27. c. p̄supponendo, quod ex dispositis in c. 13. impediatur, actualē restitutionem fieri super bonis sedentibus, et baronijs hypothecatis, donec ipsa cum effectu ius viduitatis super dictis bonis cõsequatur. ¶ Quod vltimū nū ita sit intelligendum, ad iudicium do. Ioannae, cõcludendum est, quod non, quoniam etiam inter coniuges pueniri possit, ut citiori die, quam lex statuat, dos reddatur, puta i cõtinenti, et ante lapsum anni, et tamē inter eos cõueniri non potest, ut longiori die restituatur, ita quod non obstante illo pacto, statim elapso anno à die soluti matrimonij, potest dos repeti, si in rebus mobilibus p̄sistat, ut in d. l. unica. §. ex actio, iuncto tex. no. in l. de die, cum l. seq. & sequē. ff. de pact. dot. Præterea debitor in die pendente tēpore potest ex causa ad satisfaciendum de soluendo debitum cogi. l. in oibus. ff. de iud. Bal. in l. uniuersa. C. de preci. imper. offer. Sed quoniam mulier cõuenit, ut ulteriori die dos solueretur, seu restitueretur soluto matrimonio, hæc esset iusta causa petendi sibi satisfari, itē si, non obstante pacto de dote ulteriori die soluenda, potest dos peti, et exigi infra annum, ut supra, si cõsistat in rebus mobilibus, vel statim soluto matrimonio, si cõsistat in rebus immobilibus, ut in d. l. de die cum sequētib. iuncta d. l. unie. §. ex actio, ergo à maiori rationis poterit petere declarari durate viduitate, in quibus rebus, et p̄ qua parte dos finita viduitate sit restituenda, quia cui cõceditur id, quod plus est, magis dicitur cõcessum id, quod minus est, regula cui licet, de reg. iur. in 6. Et hæc sunt bene notanda ad fauorē do. Ioannae, quod ius, quod in 13. c. cõtinetur, ipsa de iure stare non teneat. ¶ Ex quibus cessare videtur principale motiuū aduersariorum se fundantiū super d. c. 13. Nam illud, in quantum cõtinet, quod durate iure viduitatis ipsa non possit dotis restitutionem petere, non est seruandū, quia hoc do. Ioanna quoad ius petendi præiudicaret, in quantum uerò fauorē illius cõtinet, quod proprietates baroniae, et aliorum bonorum dicantur illi pro dotis restitutione hypothecata, capitulū erit seruandum, ut est tex. not. in l. attilicini. ff. de pact. dota. et licet uerba in d. c. posita quoad hypothecam sint enunciatia, et tamē ad fauorem dotis, et mulieris probant, et disponunt, ut in l. 2. C. de dot. promissio. et ponit Bal. Nouell. in tract. de dote in 78. speciali sexta partis. ¶ Addo etiam non esse inconueniens, quod de iure communi mulier soluto matrimonio possit ex rebus obligatis, et hypothecatis pro dotis restitutione fructus percipere, et illos suos facere, absque eo, quod hi fructus in sortem cõpensentur, ut voluit Bal. in l. 2. C. de pignor. actio. et in authen. ci. qui iurat. C. de bon. auctor. iudic. possiden. in 13. col. maximē, quando illos fructus perciperet pro suis, et suorum necessitatibus, ut per Bal. Nouell. in d. tracta. in 22. speciali octauae partis principalis, ad textū cum ibi. not. in c. salubriter extra de vsur. et istud expressè inter ipsos coniuges cõuentum fuit, ut in 27. c. circa finem apparet: ergo seruandum est. ¶ Et quamuis de iure, seu de foro Aragonum pro debiti satisfactione inchoandū sit à rebus mobilibus debitoris ante, quam possit ad bona sedentia, seu immobilia debitoris deueniri, ut in facto p̄supponitur, et hoc et cautum est de iure communi ut dictū est, tamē pro restitutione dotis mulieri licebit incipere et à rebus immobilibus sibi à

marito pro dote hypothecatis, quia ea, quae pro faciliore restitutione dotis ad fauorem mulieris pacto conueniunt, omnino seruari debent. d. l. unica. §. pe. qui incipit illud etiam. C. de rei iux. act. sed inter ipsos conuenges in casu occurrenti pacto expresso conuenit fuit, quod conueniente casu restitutionis dotis, si censuales in dote assignata in esse non reperiantur, ut quia fuerint a do. Raymundo consumpta in totum, uel pro maiori parte, tunc incontinenti dos soluenda sit ex bonis sedetibus, seu immobilibus obligatis, & hypothecatis, igitur ratione huius conuentionis do. Ioana statim, & immediate ad immobilia regressum habere poterit, non seruato ordine fori Aragonum, nec iuris communis, quod a mobilibus creditor incipere debeat, quia contractus ex iuris dispositione legem ex conuentione partium accipit, ut supra alias dixi. Præterea iura uolentia in primis inchoandum fore a mobilibus procedunt, quoniam uel pro executione sententiae simpliciter esset ad uenditionem bonorum debitoris deueniendum. d. l. a diuopio. §. in uenditione. uel quando ratione contumacia esset facienda immisio, ut in d. c. quoniam frequenter. in §. si. ut lit. non contest. ¶ non autem quando bona essent expressè hypothecata creditori, quia ratione hypothecae licet sit creditori agere actione supradicta. arg. text. in d. §. illud est. & est de mēte gl. in verb. bonorum. in l. cū proponas. C. de bon. auct. iud. possi. & faciunt non per Bal. in auth. ei qui in 8. col. uerū. queritur qualiter. C. eo. tit. Rursus cum etiam bona omnia mobilia ex pacto effecta sint immobilia quoad effectum, de quo quærimus, non erit facienda differentia ista inter mobilia, & immobilia, cū omnia sint, & dicantur esse immobilia, ut alias dictum est. ¶ An autem censuales, & pensiones, ac alia assignata in dotem do. Raymundo fuerint in totum, uel pro maiori parte ab eo consumpta, non est praesentis speculationis, cū hoc in mero facto consistat, & super iis, quae meri facti sunt, iuris periti de iure interrogati respondere non tenentur ad ea, quae habentur per Bar. & alios in l. vnica. C. quā. nō peten. par. Et ex praedictis remanet resoluta ea, quae primo, & quarto loco pro parte successorum do. Raymundi supra considerabam, ponderando dictum 13. c. ac etiam ius Aragonum. ¶ Non obstat etiam secundum motiū factum ex aduerso per doctri. Bal. in d. c. 1. §. donare. iuncto c. 26. ubi bona censuales & c. prohibita fuerint alienari & c. quia pro responsione in primis dico, quod doctri. Bal. in d. §. donare. communiter a doctore. damnata reperitur, ut attestatur laf. in auth. res. §. in 11. col. C. comu. delega. Secundo respondeo, quod in d. c. 26. non fuerunt prohibita alienari bona assignata in recompensationem matrimonij, sed censuales, & pensiones datae, & datae in dotem a do. Ioanna, ut colligitur ex illis uerbis dicta bona & c. posita in d. c. 26. iunctis iis, quae habentur in c. 25. ad quod per illa uerba, & dicta bona & c. habita fuit relatio. ¶ Non aduersatur tertium motiū, in quo praesupponitur, quod si bona sint prohibita in contractu, & ex pacto alienari, etiam ex causa dotis alienari non possunt, ut fuit de mēte glo. in d. l. nulla. C. de iur. dot. quia contrarium uidetur uerius, quod quid dixerit laf. in d. auth. in 11. col. qui argumentari contra communem sententiam conatus fuit, quia si quando fuit facta prohibitio in ultima uoluntate, bona prohibita possunt ex causa dotis alienari. d. auth. res. quae & est cōis opinio, ut fatetur laf. ergo magis pro dote alienari poterit res in contractu prohibita alienari, quia fortior est prohibitio alienationis, quod fit in ultima uoluntate, quā illa, quod fit in contractu, ut uoluit ibi laf. Præterea bona sedetia, hoc est immobilia, & quod pro sedentibus habita sunt ex pacto partium, non reperiuntur expressè prohibita alienari, ergo cessat praesuppositum.

¶ Non refragatur quintum motiū, in quo successores do. Raymundi maximam uim faciunt, quod do. Raymundus, aut eius haeredes soluto matrimonio nonneant ad ulteriorē dotis restitutionē, quā apparuerit actualiter, & expressè ipsum do. Raymundū a do. Ioanna recepiſſe & c. quia responderi potest dupliciter, primo, quod c. 32. debet intelligi respectu quantitatē dotis, nam si ponamus dotē datā a do. Ioanna ipsi do. Raymundo fuisse mille, dico, quod partes in d. c. dicuntur conuenisse, quod conueniente casu dotis restituenda non possit mulier petere, nec exigere ultra dictam quantitatem mille, & hoc modo intelligendo motiū nihil aduenit, quia hoc disponitur et de iure communi, ut in l. pe. §. mulier. ff. sol. mar. & in dubio statuta, & conditiones partium debent intelligi secundum ius cōe. c. cū dicitur. extra de cōfuetu. & faciūt. quae habentur per ben. in l. haeredes mei. §. cū ita. ff. ad trebell. Secundo, quod test illud c. intelligi nō de summa, & quantitate dotis, sed de modo dotis datae exigendae, & sensus sit, quod do. Raymundus, & successores sui non debeant teneri ad aliam quā restitutionē dotis, nisi cōstituerit illā actu publico, hoc est expressè, & uerè fuisse soluta, & datā ipsi Raymundo, sed non apparet, quod do. Ioanna actu publico dotē do. Raymundo soluerit, seu dederit, ergo & c. quia intelligentia stante facilis est responsio, quod licet non cōstituerit de actuali numeratione pecuniaria dotis, tamen apparet dotē fuisse uerè assignatā in totum nominibus debitorum, & iurū, quia tot censuales, & pensiones, ac alia plura fuerit assignata do. Raymundo pro dote, quod ipse recepit, & cōfessus fuit recepiſſe, ac libere signata fuisse, cuius confessioni credendum est ad praesentem iudiciū haeredum. gl. in l. creditor. §. iustus. ff. de appo. quod assignatio censualiū, & nominū expressè facta fuit, & ideo dici potest, quod actu publico de dote data pſte. quoniam nō refert, an quis dotem actualiter, & in quantitate receperit, an in nominibus uerbis debitorum, de quibus et dos assignari potest, taliter, quod iſſe priuilegijs gaudebit, quibus gaudet dos actualiter numerata. l. debitor. l. pmissio. §. si a debitore. & si debitor alius. ff. de iur. dot. & l. d. §. si debitor ponit casum mulieris. notab. ad ppositū, quod nō fit dſia, an mulier dotē pmissio. uel actualiter dederit, uel de eius uoluntate alius puta debitor suus dederit, aut promiserit. Cū igitur do. Ioanna pro dote certas pensiones, & censuales marito pſenti assignauerit, quauis ipse illa non exegerit, ubi est imputandū, quoniam dos dicitur, & censuales assignata. arg. d. l. pmissio. §. si a debitore. ubi causā cū alijs simul. ¶ Venio ad tertium, & ultimum dubiū, quod minorē hēt difficultatē, utrum do. Ioanna ad medietatem alieni a do. Raymundo durāte matrimonio cōtēti soluendū teneat. Et pro parte negatiua, quā uerius esse puto, faciūt uerba 11. c. super quo successores do. Raymundi se fundare uolebāt, & malē, nā do. Ioanna obligauit se ad solutionē debitorū, in quibus se expressè obligauerit, seu quae laudauerit, uel cōfesserit expressè pro medietate, sed non reperit, quod ipsa expressè obligauerit, aut laudauerit, seu ratificauerit, uel pſerit, ergo ex forma cōuentionis teneri nō dēt, quoniam quod exprimi solū tripliciter dſi, primo id, quod uerbis generalibus dictū fuit, ut l. si in fi. cū ibi no. C. quā cū Secundo, quod uerbis specialibus. l. 1. §. iter filij. ff. ad leg. Cornel. de fidei. Tertio, quod uerbis singularibus. l. quā l. 1. in 2. col. ff. de vulga. & pupil. Sed nullo ex dictis modis do. Ioanna expressè, hoc est uerbis se obligauit, nec laudauit, seu ratificauit, neque cōfessus fuit tēneri nō dēt, quā uerbis, seu a carta iure Aragonum nō est recedendū, sed statū est cartae, & proprietati uerū. l. qdq. astringendae. ff. de uer. obli. l. 3. §. haec uerba. de neg. gesti. Nec sufficit, quod dici possit, ipsa dñam suam

consensisse, & præsente fuisse, ac sciuisse, & non contra
dixisse, quia ipsa oia administrabat, & ideo censetur
notitia habuisse, & non contradixisse, & consequenter
consensisse, & ratificasse, cum et solo facto quid dicatur
ratificari. l. paulus. ff. re rat. habe. regula q. tacet. de reg.
iur. in 6. & Specul. in tit. de locato. §. 3. verbi. q. respon
detur, q. p. dicta arguit tacita mentem, fictumq. & ta
cita consensum, non aut expressum, seu verum. d. c. qui ta
cet. ibi videtur consensire, quod verbum videtur fictio
nem, & impropriatatem denotat. Bart. in l. si is qui p.
emptore. ff. de vscap. l. 1. §. deiecit. ff. de vi, & vi ar.
ma. Sed ex forma capituli non sufficit tacitus, seu fictus
consensus, sed verus, & verbis expressus, ut supra, er
go &c. Secundo respondeo, q. si licet aliis tacitus, & fi
ctus consensus operetur idem, quod expressus. l. c. qd.
ff. si cer. pet. cum similibus. & per Bart. in l. quæ dotis. ff.
solutio. matri. tamē quando tractat de aliquo obligan
do, tunc non sufficit tacitus consensus, nec q. quis sit præs
sens, & sciat, & non contradicat, quia expressus requi
ritur consensus, vt declarat Bart. in d. l. quæ dotis. in sua
distinctione. Præterea quauis quis dicatur ratificare
non solum, q. verbis ratificat, sed etiam quādo actu, &
sic tacite. l. paulus. ff. rem rat. habe. tamē ubi expressa
ratificatio ex pacto contrahentium requirere, ut in ca
su nostro, tunc non sufficeret quæ tacite ratificare, uel
consensire, quia non esset uerum dicere, q. quis expres
se consensisset, seu ratificasset, ut colligitur ex predi
ctis, ac etiam quia ex foro aragonū statum est cartæ.
Et licet ex verbis capituli inferatur, q. do. Ioāna teneat
tur pro medietate contribuere: hoc tamen debet in
telligi, vt verba capituli dicunt, quādo ipsa expressē se
obligasset, seu expressē laudasset, uel consensisset, sed
non reperitur, q. expressē hoc fecerit, ergo concludē
dum est ipsam nullo modo teneri de bonis suis aliqd
soluere, & premisis optimē conueniunt ea, quæ cō
muniter uolunt scribere uariis in locis, q. vxor, cui
viusfructus omnium bonorum mariti ex illius testamen
ti dispositione fuit relictus, alio hæredē vniuersaliter
quoad proprietatem instituto, non teneat ad solutio
nem ex aliis ipsius mariti, sed hæres, ad quæ as alie
num hæreditariū trāsit. l. pro hæreditariis. C. de hære
dit. actio. l. nihil. ff. de verb. sign. cū glo. & l. hæreditas.
ff. de reg. iur. cū aliis, ac et quia actiones actiue, & pas
sive ad hæredē transeunt, & non ad legatarium, quia non
dicitur in ius vniuersale, sed particulare succedere, ut
in dictis iuribus, sed q. viusfructuarius omnium bono
rum, alio hæredē vniuersaliter dato, non dicitur hæres,
sed legatarius, seu titulo particulari censetur succede
re. l. sempronio. ff. de viusfruct. leg. Bart. in l. si quis ser
uū. in si. ff. de leg. 2. & sentit Bart. in l. si. ff. de viusfr. leg.
ergo ad solutionē æris alieni de viusfructu non tene
tur. Corroborantur hæc ex tex. in l. si. §. fin. autem. C.
de bon. quæ liber. ubi pater, qui est viusfructuarius om
nium bonorum aduētitorum filii, non tenetur as a
lienum filii, de viusfructu, sed de proprietate soluere,
& hæc opinio sequitur Bal. in consil. 209. lib. 3. Idem
Paul. Castr. in consil. 387. secundum numerum anti
quum, & latē refert, ac sequitur Alex. in l. viusfructu. ff.
ad l. falcid. quicquid senserit Bart. in d. l. si. ff. de viusfr.
leg. qui in hoc non rectē sensit: uel potest declarari
id, quod voluit Bart. ibi secundum qd plenius super hoc
articulo dixi, in c. raynutius extra de testam. cōsiderā
do plures casus, quos in præsencia referre non expedit,
cum ibi videri possint, & nobis pro nunc satis sit com
munem sententiam ad fauorem nostrum habere.

S V M M A E.

- 1 Statutum disponens, præsupponendo certam qualitatem locum non
habet, nisi probata, & concurrente illa qualitate.
- 2 Mulier potest vniuersa sua bona nedium præsencia, sed etiam futu

ra marito in dotem dare.

- 3 Mulier vniuersa sua bona tacite in dotem marito dedisse quando
censetur. & nu. 12. & 13.
- 4 Statutum potest inducere, ut maritus totam dotem lucratur, etiam
si omnia bona in dotem data essent, nec contra tale statutum ve
stitutio petitur. & nu. 13. ubi hoc declaratur.
- 5 Matrimonium illicitum ignoranter, & per errorem facti contra
bens non est aliqua pœna puniendus.
- 6 Matrimonium sine dote contractum dicitur, quando nulla dotis,
uel bonorum mentione facta inter aliquos simpliciter contra
bitur.
- 7 Mulier bona sua in dotem marito dedisse non censetur, nisi expres
sē hoc conueniatur, sed sunt bona uxoris parafernalia.
- 8 Mulier minor non potest bona sua immobilia, & hereditatem pa
ternam absque decreto marito in dotem dare. & nu. 13.
- 9 Et si dedisset in dotem omnia sua bona marito non digno tanta do
te, debet in integrum restitui. & nu. 13.
- 10 Maritus quam partem dotis lucrari ex statuto debeat, si mulier
omnia sua bona ei in dotem cum decreto dedisset.
- 11 Quid si sine decreto.
- 12 Maritus quando ad uxoris successionem admittatur.

E P I T O M E.

MARITVS nihil de bonis vxoris lucratur ex disposi
tione statuti volentis, q. medietas dotis acquirat ma
rito, muliere pcedere absq. liberis, sed ad illa proxi
miores agnati tanquam hæredes admittuntur, si ab
intestato decesserit, quando mulier tempore contra
cti matrimonii nullam nec de dote, nec de bonis suis
mentionem fecit: & tunc matrimonium illud esse si
ne dote contractum, hic probatur.

C O N S I L I V M XXXIX.

N præsenti causa breuius, quàm fieri possit,
qd iuris sit exponēdo, tota uis in eo consi
stit, an inter Antonium de salto, & Catheri
nā de Menegutis coniuges fuerit dos ali
qua, nā si inter eos dos fuit, & pferim oīum bonorū,
vel certę partis, tūc casus est clarus, pipsi Antonio ma
rito dimidia dotis p obitu ipsius Catherinæ debetur,
& hoc ex statuto loci posito sub rubrica de vxore de
functā cognita in matrimonio, quo cautū est, q. mo
riēte vxore cognita p maritū in matrimonio absq. li
beris maritus lucratur medietatē dotis, qm pata Ca
therina cognita fuit in matrimonio per Antonium ma
ritum, item decessit absq. liberis: si verō inter ipsos
nulla fuit dos data, nec constituta tacita, nec expressē
sequitur, q. ipsi Antonio marito nihil debetur, quia
statutum uocat maritum solum ad medietatem do
tis, & non aliorum bonorum, ergo ubi nulla est dos,
dispositio statuti loci sibi nō vendicat: quoniam tūq
statutū aliquid disponit præsupponēdo certam qua
litem, non habet locum illius dispositio, nisi probe
tur, & concurrat qualitas ab eo præsupposita. l. 1. §. ait
prætor. cū ibi not. per Bar. ff. ne quid sum. publ. l. pen.
§. docere. ff. ne quis eum, qui in ius uocat. lo. And. in
c. 1. de homici. in 6. Bal. in l. si quis nō dicam. C. de epi
scopa. audien. in 3. col. Bart. in l. non solū. §. sed ut re
probari. ff. de nou. ope. nun. & facit, quod habetur per
Bart. in l. quidā. C. de natu. libe. gl. in l. mancipia. C. de
seru. fug. & Rom. in singulari 496. Discutiendū est igit
tur, an dicta Catherina dicatur dotem habuisse, quod
quidem prima facie magis videtur ex auctoritate Ari
stotelis in topicis uolentis, quod mulier contrahē
do matrimonium dicatur omnia bona, quæ habebat
tempore contracti matrimonii, dedisse in dotem, de
quo dicto habetur mentio in glo. in l. mulier bona. ff.
de iur. dot. Nec absurdū censetur, nec aliqua lege p
hibitu est ipsi mulieri vniuersa sua bona nedū præsē
tia, sed et futura marito in dotē dare. l. nulla. C. de iu
re dotiū. d. l. mulier bona. & ibi gl. Præterea tū quando